Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fratrem vel alium quemuis de hones-
tate non timuit, grauioris delicti
reatu astringitur. Quia expecta-
culum factus sum huic mundo et
angelis et hominibus, maiorem pe-
nam exigere meretur, per quod religi-
onis nomen apud irreligio-
sos blasphematur. In hanc igitur
delicti foueam prolapsus in
dominica die vel alia festiuitate
sollempni celebriore conuentu, ad ma-
tutinas missam usque stabit nu-
dis pedibus prope hostium ecclesie
non cooperto capite, ut possit ab
omnibus agnosci. nulli loquatur
intrantium vel exeuntium. Unus quoque
quisque laycorum consiliorum non recedet
ab eo, qui interrogantibus respon-
deat et dicat quare ei talis
pena indicta sit. Non enim se
inde dimouebit quousque
misse celebracio terminetur.
Si contingat fratrem quod absit rem
sibi ab aliquo collatam accipere
occulte et postmodum prioris ad-
ductum reatum suum confiteri, par-
catur ei minori pena mul-
tato orentque pro eo. Sin autem
in fraude perseuerauit, secundum in-
stituta patris nostri Augustini

furti iudicio comprehendus est
et digne ultioni subiciendus est.
Similis racio est de eo qui litteras
occulte accepit et occultauit.
Confessus inueniat indulgentiam.
deprehensus et conuictus, acriorem
expiat sententiam. Et dignitate quoque
ordinis si praue delectacioni suc-
cumbens pocius quam resecare eam
maluit, apta est sententia patris
nostri Augustini, qualiter a sacer-
dotibus sit obseruandus et secreto
admonendus. Et si non cessauerit ad
sanandum propalandus vel si nega-
uerit conuincendus est. Victus uero
qualiter sit puniendus, ut ex una
quam specialiter expressit culpa intel-
ligatur quid agendum sit in
ceteris quas nominatim non attingit.

Grauior culpa
est si cum aliquis negligen-
cia contingit in corpore vel sanguine
domini, siue palam siue occulte,
vel si quis super contumax, aut in-
obediens vel contrarius suo prelato
in aliquo fuerit, vel si cum domino ab-
bate vel priore intus aut foris
contendere ausus fuerit. Prima
itaque harum que premisse sunt dic-
parte. si domino altari euenerit seces